



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 4. An culpa in futuro dimittatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ad eò futiliter eludi queant eius verba. Nimis etiam stultè ratio cinatur, crudelem fore Deum, si peccatū nunquam remittit; cuius atrocitas omnes in stuporem rapere debet: nec satis reputat quam immane sit scelus, non modo sacrū Dei nomen data opera profanare, sed in faciem eius conspuere, dū palā relucet.]

§. 5. Calviniani causam cum non condonatur afferunt, quod non possint renouari ad pœnitentiam, qui hoc genere peccati detinentur. Cur verò pœnitere nō possint, causam reddunt, quia reprobi sunt. Ita Wolff. Mulculus. [Quia reprobi sunt, ait, & captiui Satanæ, vasa iræ, in interitū parata. Id quod ex eo patet, quod cognitione veritatis illuminati, non sunt immutati, cū electi per illam immutentur. Est enim istud reprobis quasi proprium, vt nesciant amare cognitam veritatē, sed illam contra conscientiam damnent. Neq; enim sui iuris sunt, sed toti aguntur à Satanā. Exemplū Saulis, 1. Sam. 24. 26. Item Cain. Istam in saniam nonnulli in expositione huius loci duob; similibus accommodè ob oculos ponunt: vno in illis, qui odio impotentiore detinentur; altero in accusatore iniquo, recusato innocente, & iudice æquo. Epistol. ad Hebr. c. 6. adiicit similitudinem terræ male dictæ, quæ in eo deprehenditur esse maledicta, quod culta & pluta cœlicus, non fructum commodum, sed spinas & tribulos gignit, cum terra benedicta his beneficiis acceptis fructum bonum adferat.]

Non omnia
reproborum
sunt in Spi-
ritum san-
ctum.

Ita ille suorum more. Qua ex interpretatione hoc sequitur, quod omnino contra Scripturam est. Omnia peccata reprobis esse in Spiritum sanctum. Nam nullum vnquam secundum Calvinistas, ne minimum quidem peccatum reprobis remittitur. Nihil ergo singulare Christus minatur peccantibus in Spiritum sanctum. Frustra etiam distinguit peccatum in Filium hominis, & in Spiritum sanctum, si Phariseis vt pote reprobis nullum remittitur. Deinde falsum est, nunquam reprobis peccata remitti: nam Hebr. 6. Illuminantur & gustant, quam suavis sit Dominus, sunt etiā in gratiā vt Saul fuit, mutatus in virum alium. Deniq; Electorum fiduciam, quam ipsi statuunt, hæc ratio eludit. Nam primo ait reprobos illos veritatem in reudū profiteri sed relabi. deinde plerumq; ait, fieri vt reprobi veritatem lucidius aliquando cognoscant, quam electi. Quis igitur certus est potest, se certius cognoscere fore, vt nunquam relabatur, vt semper veritatem tueatur?

Nonne timere potest, ne sit frustranea illius, si cut aliorum fiduciat? Stultum enim cum centesimum quisq; vix verè fiduciari sciat, de se non timere.

§. 6. Calvinus impœnitentiam esse negat. Qui impœnitentiam, inquit, desinunt, nullo negotio resili possunt: frustra enim & ineptè negaret Christus in hoc sæculo remitti. deinde nomen blasphemie ad quauis peccata promiscuè extendi mequit.

Frustra inquit & ineptè? Quare? quia constat impœnitentiam manere vsq; ad mortem, palam ergo est eam non remitti. Hinc orthodoxus pari modo iudice Caluino colligit. Quemadmodum frustra & ineptè diceretur: Impœnitentiam in hac vitā non remitti; Quia constat impœnitentes in peccato mori, ita multo ineptius diceretur: Peccatum in Spiritum sanctum in futuro sæculo non remitti; si igitur illa locutio inepta est, multò ineptior est illa, quam Christo impingunt, cum aiunt, nullum in futuro remitti.

§. 7. Nouatianus etiam de Trinit. c. 29. Spiritus diuinitatem asserit. In hunc quisquis blasphemauerit, remissionem non habet, non tantum in isto sæculo, verum etiam in futuro. De peccato in Spiritum sanctum D. Thom. q. 14. Blasphemia hæc simul est coniuncta cum Dei odio, & sine remedio pœnitentiæ remanet. Certum itaque esse statuo. Remitti, sed rarissime, & ægettime. Nam alioqui, si quis conficius ef-

set eius criminis cū desperare opoteret, à nullo absolui posset. Nec Christi verba S. Patres elidunt, sed exponunt. Si enim dixisset Dominus. Impossibile est blasphemiam in Spiritum sanctum remitti, quemadmodum dixit: Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum. Non tamen conficeretur; nunquam remitti. vt nec sequitur: Diuitem nunquam ingredi regnum cœlorum. Fieri non dicitur, quod rarissime, & difficillime fit.

QUESTIO IV.

An culpa in futuro dimittatur?

§. 1. Christus distinguit duo tempora peccatorum remittendorum, hoc sæculum & futurum. Itaq; in futuro sæculo aliqua remittuntur. Sine ratione enim disiunctio additur, si altera pars nulla est, vti dicam. Non nubes in hoc sæculo, neq; in futuro. Sol non conuerteretur in hoc sæculo, neq; in futuro. Ineptum est enim id proferre, quasi membrum alterum, cum scitur non esse. vt si dicam, stellæ non lucent noctu, neq; inter diu. Neq; est exaggeratio. Nam si est, vt Martyr putat; ergo in futuro aliquando remittitur. Nam si exaggeratio est, de eo est quod vix fit, aliquando tamen fieri potest. Neq; tantum est comminatio. Nam si sic commineris. Neq; viuus, neq; mortuus in mensa mea comedes, sine causa loqueris more alieno. Neq; idem est, quod in æternum per partes, quia cum per partes exponitur æternitas, iubet cuique id tribui quod fieri potest, alioquin inepta est locutio. Quod si dicam. Nec in hac vita, nec in futura qui te fruens, recte dicitur. Quia vtroq; tempore, vel alterutro fieri potest, vt fruaris, ac si dicas. Neq; in hoc tempore, neq; in futuro sacerdos confectaberis ineptum fuerit. Perinde si dicas. In die turbulenta, Neq; inter diu neque noctu solem videbis. Quamuis ex Negatione non colligitur affirmatio. Tamen ne delirare dicamus loquentem, sæpe colligenda est.

§. 2. Calvinus, neque in hoc sæculo, neque in extremo iudicio remitti ait, hinc verò nihil pro purgatorio confici conatur ostendere. l. 3. instit. c. 5. §. 7.

Non minus abhorrens à consuetudine recte loquentium est illa distinctio, quam alia, quam supra reieci. Equidem in extremo illo iudicio, nullum peccatum remittitur, quod iam antea non sit condonatum. Deinde extremum iudicium est in altero sæculo. Post mortem enim sequitur. Quicquid verò morte posterius est, ad alterum sæculum pertinet. Certè omnium absurdissimum fuerit, si quadam Phariseorum peccata dicantur in illo extremo die remittenda. Nec Augustinum potius audiamus: l. 21. de Ciui. Dei. c. 13. Platonici, inquit, quidem quamuis impunita nulla velini esse peccata, tamen omnes penas emendationi adhiberi putant, vel manu inflictas legibus, vel diuinis, siue in hac vitā, siue post mortem, si aut paratur hic cuiq;, aut ita plectatur, vt hic non corrigatur. Hinc est Maronū illa sententia, vbi cum dixisset de terrenis corporibus, moribundisq; membris, quod anima

Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec minus suspiciunt, clausa tenebris & carcere cæco.

Secutus adiunxit atq; ait:

Quin & supremo cum lumine vita reliquit.

id est, cum die nouissimo reliquit eas ista vitā,

Non tamen (inquit) omne malum miseris, nec fami-

lus omnes

Corporæ excedunt pestes, penitusq; necesse est.

Multa diu concreta modis inolescere miru.

Ergo exercentur pœnæ, veterumq; malorum

Supplicia expendunt, alia panduntur in aeternū

Suppersa ad ventos, aliis sub gurgite vasto

Infixum eluitur scelus, aut excutitur igni.

Qui hoc opinatur, nullas pœnas, nisi purgatorias velant.

post mortem, ut quoniam terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum minuetur per expiatorias penas, quod terrena contagione contracti est. Aer quippe accipitur in eo, quod aut suspensus ad ventos. Aqua in eo quod aut, sub gurgite versata. Ignis autem suo nomine expressus est, cum dixit, Aut exuritur igni. Non vero etiam in hac quidem mortali vita esse quasdam penas purgatorias consistemus, non quibus affliguntur, quoniam vita vel non inde fit melior, vel potius inde fit peior, sed illis sunt purgatoria, qui eis coerciti corriguntur. Cetera omnes penas sue temporariae, siue sempiternae, sicut unusquisque divina providentia tractandus est, inseruntur, vel pro peccatis, siue praeteritis, siue in quibus adhuc vivit ille qui plectitur, vel pro exercendis declarandisq; virtutibus, per homines & angelos, seu bonos seminales. Nam & si quisquam mali aliquid alterius improbitate vel errore patitur, peccat quidem homo, qui vel ignorans, vel in insitum cuiquam mali aliquid facit: sed non peccat Deus, qui iustus, quamvis occulto, iudicio feri sunt. Sed temporarias penas alii in hac vita tantum, alii post mortem, alii & nunc & tunc, verumtamen ante iudicium illud severissimum nonisimumq; patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas penas, quae post illud iudicium his sunt futurae, qui post mortem sument temporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur, remitti in futuro saeculo, id est, ne futuri saeculi aeterno supplicio puniantur, iam supra diximus.

Bernard. Serm. 66. Cantic. Greg. 4. dial. c. 39. Beda in Marcum. Quare imperite infertur Catholicos Wolff. Musculus, comment. in Euang. Matth. c. 12. [Adducunt, ait, Gregoriū & Bedam, qui ita expofuerunt. Sed rogo quomodo ista non viderunt qui Gregorium & Bedam praecesserunt, & tories hunc locum expofuerunt? Chrysostomus exponit: Vos autem tam hic quod alibi puniuntur. Et subiungens post pauca dicit: Uniuersorum enim hominum alii & hic & ibi supplicia dabunt, alii in praesentem solummodo vitam, alii in futura tantum. Hic & alibi, ut Sodomitae, & isti Pharisaei. In praesentem tantum, ut fornicator Corinthius, & reliqui: c. ut prioris epistolae. Alibi tantum, ut diues ille in inferno. Ergo ut Chrysost. intelligit, non remitti blasphemiam, hoc loci, idem est, atq; in ultam non abire: quomodo & nos Germani dicimus, Ich wil dir's nicht schenken, si quando ultionem minamur. Nihil ex ista sententia colligi potest de purgatorio. Quia ipsam verbum remittendi non quadrat purgatorio, quadrat et magis, si vocarent remissionem. Sed quid opus est multis? Verba Caesarii non sunt ita diuenda. Marci 3. aperte legitur, quid voluerit: nempe in aeternum non remitti.]

Respondet. August. l. 21. de ciu. Dei. c. 24. Neg. enim, inquit, de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittitur, neq; in hoc saeculo neq; in futuro, nisi essent quibus est non impositum, tamen remittitur in futuro. & l. 6. contra Iul. c. 5. qui retulit est, & magnae auctoritatis. Et tamen in disputatione cum haereticis, hanc sententiam proponit. Greg. 4. dial. 39. De quibusdam, &c. Quod ad Chrysostomum attinet. Non negat ille aliqua in futuro remitti, sed hos ait puniendos in futuro, & in hoc saeculo. Est vero eius auctoritas negatiua; totus in eo est, ut dehortetur, a peccatis, purgatorij hic mentionem non facit, ab his sententia. Vno loco contentus ero, quo ostendam non deesse huic veritati orthodoxam veritatem Chrysostomi iudicio, ad quem iudicem aduersarius appellauit. Rom. 6. 9. ad populum Antiochenum. Hos laemus, ait, post hos viribus clamemus, excogitemus eis aliquid solati, minimum quidem, clamemus tamen. Qualiter & quoniam modo? Orantes & alios precantes, ut pro eis deprecantur, pro eis pauperibus largientes continue. Habet hac res aliquam consolationem: audi namque Deum dicentem: Protegam ciuitatem istam propter me, & propter David seruum meum. Si iusti duntaxat memoria tantum potuit, cum & opera pro ipso fuerint, quantum non valebit? Non temere ab apostolis hac sententia fuerunt, ut in tremendis mysterijs deservire agatur commemoratio. Sciunt enim illi inde multam

contingere lucram, utilitatem multam. Cum enim totus conflueret populus extensis manibus, sacerdos alacritudo & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes?

§. 3. Verum vires clarior euadat, Beza, & Calvini. Cauiilla num audiamus. [Quod inde colligunt, inquit, Papistae remitti post mortem hominibus peccata: nullo negotio eorum calumnia refutatur. Primum insolui sunt, verbum futuri saeculi ad medium tempus torquendo, quum extremum diem notari cuius pateat: sed improbitas etiam deprehenditur, quia cum ipsorum doctrina pugnat quod obtendunt cauiillum. Nota est eorum distinctio, Grati remitti peccata quoad culpam, sed poenam ac satisfactionem exigi. Iam fatetur nullam esse spem salutis nisi ante mortem remissa fuerit culpa. Mortuis ergo nulla remissio superest nisi poenae. Atqui negare non audebunt sermonem de culpa hic haberi. Eunt nunc, & ex frigida ista materia ignem suum purgatorium accendant, si potest ex glacie flamma excitari.]

Respondet. Recte Papistas nominari; nam Augustinus alique veteres Papistae fuerunt. Deinde falsum est, nullum peccatum, quoad culpam in altera vita remitti. Culpae enim multorum peccatorum in alia vita remittuntur: Venialium peccatorum, inquam, culpae etiam in illa vita remittuntur.

Beza pluribus insistit. Neque in hac vita, inquit, constituitur, neque etiam morientibus (id est nunquam) remittatur: quum alioquin multa peccata in hac vita remittantur, (ut 2. Samuelis 12. 13.) & rursum multorum absolutio in extremum vitam momentum differatur.

Multa hic conuoluit, in quibus sibi quoq; contradicit. Post mortem, interpretatur, futurum, & bene; deinde opinatur, futurum saeculum significare tempus morientium. Quod nulla in scriptura, nullo in auctore habetur. Et falsum est, saeculum vocari momentum quo anima a corpore recedit, nam quicquid mortem antecedit, ad hoc saeculum pertinet, quid sequitur ad futurum. Siue autem Beza dicat nullum peccatum post mortem condonari, necesse est, ante mortem remittantur. Itaque infuserit, neque in hoc saeculo, hoc est ante mortem, neq; in futuro saeculo, hoc est, sub ipsam mortem, ante mortem tamen. Quam interpretatio nem omnes orthodoxi, omnes etiam haeretici merito reiciunt. Nihil enim absurdius est, quam מלך ג' holz, apud Hebraeos, vel δαίμων apud Graecos vocare, momentum temporis: Communi autem sensui repugnat, rempus huius vitae futuro saeculo transcribere: in eas tamen angustias se coniecit, qui purgatorium ab Apostolorum temporibus creditum negare institunt.

Parum itaq; fidit illi deprauationi, aut fucum quærit, & videtur velle dicere. Neq; in futuro, hoc est extremo iudicii die, quia tum reuelabitur remissio, & reventio. Publico tum quid in Dei iussu a omnium facta, sententiaq; de illis edicit. Verum hoc commune est omnibus peccatis. Remissionem enim plenus fructus, illo loco percipietur, & non remissionem supplicium perfectum imponetur reis. Quid enim est non remittitur in futuro saeculo? Non percipiet remissionis fructum. Ultima tandem sententia percellitur. Hoc omnibus reprobis peccatis, de quibus poenitentiam non egerunt, pariter imminet, non modo illis quæ sunt peccata in Spiritum sanctum. Tandem ne huic fidit expositioni, sed factam anchoram mouet. μετ' οὗτο, imminutio est inquit, non remittitur, id est punietur, & in praesenti & in futura vita. Consequens est hoc ut dixi ex S. Chrysostomo, ut puniatur, si non remittatur. Christus de remissione loquitur, ita etiam Calvinus cum ait non remitti, ita Musculus aliq. Nostri causas quærit, non, cui puniatur, sed cur non remittatur, itaq; a li s omnino Beza discedit.

Dum pro Non remitti, ponit Puniri. Ut fiat sensus, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Hoc est, non punietur in hominibus in hac vita, & in futura, sed blasphemia, &c. Quod falsum est; nam multa alia, in hac & in futura vita punientur.

Musculi
ineptia.

§. 4. Wolff. Musculus in locis comm. de iustit. num. 8. Ineptum hoc iudicat argumentum. [Si dicas, inquit, Non obliuiscar huius iniuriæ, neq; in præfenti, neque in futuro seculo: quæso recte ne ex eo colligamus, ergo in futuro seculo memores erimus iniuriarum, & vindictæ cupid? Qui sic loquitur nihil aliud intelligit, quam se nunquam velle acceptæ iniuriæ obliuisci, unde non est colligendum, quid futurum sit post hanc vitam. Cum Christus diceret, Qui dixerit aduersus Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in præfenti seculo, neque in futuro: nihil voluit aliud dicere, quam, nunquam in æternum remittetur.]

Respondeo. Ineptam esse Musculi responsionem. Imo & exempli illius auctorem. Si enim non potest cupido vindictæ in aliam vitam retineri, inepte dicit, se non depositurum eam in futuro seculo. Ut si Agamemnon diceret Achilli, nec in hoc, nec in futuro seculo reddam Briseidem. Quis dubitet eum, non minus quam ipsum Aiacem insanire? Verum hæc satis refutauit Zanchius, ipse quidem apostata & hæreticus, sed alio genio, ut ait Vorstius. Manifestissimas enim vitæ res timidius oppugnavit.

Zanchius
suos refu-
tat.

§. 5. Omnia effugia itaque aliorum obstruxit Hier. Zanchius, & Zwinglianus, cæteris aliquanto callidior. 4. de Nat. Dei, c. 4. Eum oppono cæteris, tum quia eorum cavilla confutat, tum quia Patrum hanc esse non recentiorum sententiam fatetur. [Et illud Matthæi, inquit, 12. c. Neq; in hoc seculo, neq; in futuro remittetur: Ergo, aliquod peccatum in alio remittitur seculo: variæ sunt responsiones. Prima, Ex puris negatiuis, non valet conclusio affirmatiua. Sed non placet. Non enim hic elicitur conclusio affirmatiua ex puris negatiuis simpliciter; sed ex negatiua vnius partis Antitheseos ad affirmationem alterius. Antithesin enim facit Christus inter peccatum in Spiritum sanctum: & inter reliqua omnia peccata. Ac primo de illis ait: Omne peccatum remittitur: peccatum autem in Spiritum sanctum non remittitur. Hæc est prima Antithesis, nihil um illa remitti: hoc autem non remitti. Deinde facit Antithesin in tempore: & ait, de peccato in Spiritum sanctum: non remittitur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Ergo ut seruetur antithesis, necesse est dicere, reliqua peccata remitti, aut & in hoc seculo, & in futuro: aut vel in hoc seculo, vel in futuro. Ita apparet, illationem, quam ex his verbis facit Augustinus de ciuit. Dei, & deinde alii multi; non esse reiiciendam; hæc ratione, quia hæc ex negatiuis. Non enim ex negatione simpliciter vnius peccati, inferitur affirmatio aliorum: sed ex negatiua propter antithesin. Sic quum Marcus collatione facta inter peccatum in Spiritum sanctum & alia peccata, de illo ait: nunquam remittetur: Si seruanda est antithesis, dicendum certe est, Ergo alia remittuntur, aut semper, aut aliquando.]

Zanchius
Augustini
collectione
probat.

En habes veri sensus, & S. Augustini defensores, contra rabulas hodiernos, qui nec patres legerunt, nec scripturam considerant, sed suis inhaerent imaginationibus. Cur igitur nos absurde, inepte, calumniose colligere mentimur? Si nos male, quomodo bene Patres & magistri vestri?

Alteram etiam responsionem, quæ Bezæ est, refutat. [Altera igitur, inquit, responsio est: præfens seculum dici cuiusq; vitæ in hoc mundo. Hoc seculum i. tū habere a die quo nascimur: finem vero accipere in die quo morimur. Est autem manifestum, per totum hoc vitæ spatium remitti posse peccata. Futurū autem seculum interpretantur vitam cuiusque futuram, post

Zanchius
Bezæ re-
futat.

hanc præsentem. Istud vero seculum, initium capere a die quo morimur: & continuari in perpetuum. Est autem idem manifestum, in die quo quisq; moritur, posse illi remitti peccata: etiam quum agit animam: scilicet, ut loquuntur, in articulo mortis. Ergo per Synecdochen verum esse, remitti peccata etiam in alio seculo: quum remittitur in alterius seculi initio, quod est in die, quo quis transit ex hoc seculo ad aliud. Sensus igitur est: Non remitti peccata in Spiritum sanctum, neq; in vita, neq; in morte. Quare nihil ad rem facere hunc locum. Hoc tamen nihil conficere ipse fatetur. Cæterum, ait, quia non facile omnes admittent futurum seculum incipere a die quo morimur: sed tempus quod incipit post exitum animæ à corpore. Sic non posse intelligi supra demonstrari.

§. 6. Non tamen quia vidit Zanchius à suis in scripturarum expositione errari, idcirco illis de certis Augustino adhæsit, sed grauium calumniam petiit, dubitasse affirmans. [Ideo, inquit, aliter responderi potest ad hunc locum, nempe: Aut Augustinus ex Christi verbis argumentatus est, necessario quædam peccata in alio remitti seculo: aut id probabitur consequi. Si hoc non est igitur necessarium dogma de purgatorio ex hoc collectum loco. Fides enim non est de probabilibus, sed de necessariis. Si illud: impie igitur Augustinus, de hoc dogmate postea dubitauit: & cum dubitatione loquutus est, ut in multis patet locis. At nullo loco docetur Augustinum dubitare, de igne sensibilis aliquando, modoque perire, non de ipsa pena dubitauit, ut constat, tum ex aliis, tum ex libro de cura pro mortuis gerenda.]

§. 7. Deinde ipse solutionem aggreditur. [Deinde, inquit, manifestum est, ita explicari posse verba Christi: ut necesse non sit inferre: quod negauit Christus de peccato in Spiritum sanctum illud eum affirmasse de aliis peccatis. Non enim vno, sed multis modis potest aliquid de vna specie negari. Primum, ita, ut quod nominatum de vna negatur: id alicui alii competere, tacite asseueretur, quum scilicet constat, hoc alii alicui competere. Negamus homini conuenire, agi asseueratur. Hoc certe conuenire brutis constat. Proinde quod negamus de homine: hoc tacite affirmamus de brutis. Deinde potest aliquid nominatum negari de vna specie, quod tamen constat neq; vlli alii specie eiusdem generis competere. At quare igitur negatur de vna specie, cum neq; aliis competat? Id fit per exaggerationem illius, de quo illares negatur. Exemplo res illustretur. Dicimus Deo ita odiosam esse hypocrisim: ut eam ferre non possit. Sequitur ne hinc: Ergo Deo non ita displicere reliqua scelera: quin ea ferre possit: ut sunt pauperum oppressiones, idololatriæ, obsecræ libidines. Non sequitur. Quid ita? Quia quod dictum est de hypocrisi: illud dictum est propter solam huius peccati exaggerationem; non autem quod tacite affirmemus, Deum alia ferre scelera. Omnia enim Deo displicent, & tam non potest ferre pauperum oppressiones, & idololatrias: quam non potest ferre hypocrisim. Possumus igitur & nos iuxta consuetudinem S. literarum verba Christi sic interpretari: nempe ut dicamus Christum exaggerandi peccatum in Spiritum S. causâ, negasse, illud remitti vel in hoc vel in alio seculo: non autem ut tacite affirmaret, alia peccata remitti posse, sicut in hoc, sic etiam in alio seculo.]

Respondeo eum amplius suam & symmistarum cauteratam conscientiam ostendere. Nam exempla plantæ dissimilia sunt. Non remittitur nec in hoc seculo, neq; in futuro: aliam expositionem requirit, alia ista verba: Deus hypocrisim odit, ut illi ferre non possit. In hac postrema propositione, vna est sententia: qua hypocrisim ostenditur, in prioribus duæ sententiæ, & diiunctiue politæ. Neq; in hoc, neq; in illo, ut si dicat: alia peccata Deus remittit, sed hypocrisim, nec in hoc, nec in futuro. Simile est. Respondit Sauli Deus non

clabit,

habere, nec per prophetas, nec per Vrim & Tummin. Quod inepte diceretur, si per Vrim & Tummin nunquam datur responsum. Hæc est autem regula prudenter loquentium. Ut cum aliquid de vtriusque specie negant futurum, ob pœnam aliquam, aut præmium, talis sit species, ut fieri per vtramque, vel in vtraque possint. Vt si Dido minetur. Nec viua nec mortua tibi parca: stulte loqueretur, nisi putaret se omnibus locis vrbem adfuturam, pœnasque repetituram. Exaggerat igitur Christus peccatum in Spiritum sanctum, sed à distributione temporis, quod nec in hac vita, nec in futuro remittatur, quæ exaggeratio in risum abit, si nec alia vlla peccata in futuro seculo remittuntur.

§. 8. Drusus l. 1. c. 12. [Tam multos, ait, annos est, cum quaeritur quid sit, Neq; in hoc neq; in futuro seculo? Quid igitur est? Aliis aliter: mihi videtur esse prouerbiale, pro, nunquam; cuius generis sunt, à me notata in Prouerbiis meis, Neq; primus neq; vltimus: neque bonum, neq; malum; neq; ad dextram neq; ad sinistram, pro, nemo, nihil quicquam, in nullam partem. Locustæ est Matth. 12. 32. Non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quidam exponunt ac si diceret, punietur & in hoc seculo & in futuro. Quod repetitur in Theodori doctissimis annotationibus. Ceterum mouet auctoritate viri, & similes locutiones sunt in antiquis libris, Non gaudet stultici pater: Non pro sunt oportet improbe patre: Agnosce personam in iudicio non est bonum, pro eo quod nos diceremus, dolet, oblitus, pessimum est.]

Quantum laborat perfidiosa solertia, ut veritatem enectat? Dicit Dominus, Nunquam remittetur. Sed illud nunquam diuidit in partes duas, in hoc, & in futuro seculum, neutro ait condonari, quæ diuisio in multis sunt, si illud nunquam de solo præsentis seculo dicitur. Quod illius proueria indicant. Nō enim nisi stultide dicerem; Neq; primus neq; vltimus pro nemine, si vel non est, vel nō est vltimus. atq; ita de reliquis sententiam est. Faciunt omnes aduersarii contra orthodoxos, quod est in regula 35. in Moral. Basilii. οτι οτι καποτ εσιν πωδωμω εν λυι ορωντες, πω τω οδ ποδωμω τρε γεοσεβεται οω ζωντι, & μη τω αλφω πωδωμω αναλφωτες, αδ α τω εν απωδωμω ζωντες, ες απωδωμω πωδωμω θλασφμησιν. i. e. [Quod qui fructum Spiritus sancti in aliquo animaduertunt, qui eundem ubique tenorem pietatis retineat, & illum non Spiritui sancto, sed aduersario assignat, ij in ipsum Spiritum sanctum blasphemii sunt.]

QVÆSTIO V.

An illis qui peccant in Spiritum sanctum data sit gratia sufficiens?

§. 1. Aluianiani & maxime destitui gratia sufficiens arbitrantur, ita Gommaristæ in Selandia, & Hollandia, & Pareus contra Bellarm. l. 2. de gratia & meritis docet. lib. arbit. c. 4. Nonnullos non modo hypothetice, sed thetice ita deseri, ut non possint conuerti. & c. 6. [Tractat enim, inquit, quaestionem de peccantibus in Spiritum sanctum, cur blasphemiam in Spiritum sanctum his nunquam remittatur? Rationem reddit: quia sic peccantes nunquam agunt pœnitentiam: & huius iterum: quia sic peccantes Deus punit finali cæcitate, ut respicere nunquā possint. Verba Caietani sunt: Sub hac Dominica reuelatione cadit nō solum negatio remissionis, sed negatio doni pœnitentie: tanquā si dictū fuerit, quod peccantibus spiritu blasphemiae nvnquam concedetur remissio: quia nvnquam conceditur eis gratia pœnitendi, exigente hoc maxima eorū aequitas. Vnde sequitur auxilium conuersionis peccantibus in Spiritum sanctum, non villo, sed nullo momento, id est, nunquam adesse, sed semper deesse, iusto Dei iudicio: Vnde rursus eueritur aduersarii

quinta propositio huic contradictoria: Auxilium conuersionis pro loco & tempore omnibus dari.]

Idem in suam sententiam etiam Caietani trahere conatur. Fallum vero est gratia sufficientem nō omnibus dari, nec hoc Caietanus sentit, sed quibuldam interdum ob ingentia crimina, contumaciamq; negari, quanquam Caietanus nō de negata sufficente gratia, sed efficaci intelligi potest. Pareus autem diuinæ misericordiae hostis hoc ipso ex loco confutatur. Nemo efficiens data nim in Spiritum sanctum peccat, nisi qui illuminatus, est. oblatam gratiam ex mera malevolentia, lubens, volensque respuit. Habuit igitur sufficientem, sed utinonuit, voluntate mala eam reiecit. si uti non potuit, si accipere velle nō voluit, non sponte excacatus est. Scripturas multi, tum impii, is diligenter ad hanc veritatem comprobendam collegit magister meus Serarius contra Franciscum Puccium Filidinum c. 12. Job. 25. Super quem non fulget lumen illius: Psal. 18. Non est, qui se abscondat à calore eius. Psalm. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Prouerb. 3. Dominus in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. Eccl. c. 18. Numerus dierum hominum, ut multum, centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt. Et sicut calculus arena; sic exigui anni in die æui. Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super nos misericordiam suam. Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorum, quoniam nequā est, ideo adimpleuit propitiationem in illis, & ostendit eis viam æquitatis. Job. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Act. 14. Non sine testimonio semetipsum reliquit (Deus) benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & læticia corda nostra. Rom. 1. Sunt inexcusabiles (gentiles) quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. 1. Tim. 2. Omnes homines vult (Deus) saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim est Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. 1. Tim. 4. Qui est Saluator omnium hominum. Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. Secundo, indicant eadem scriptura, diuinæ bonitati nequaquam propositum, ut ob peccatorum villam vel multitudinem vel grauitatem, necessariū vllum adminiculum deservire gratia sufficiens.

cap. 3. Hoc habet pro certo omnis qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit, non enim delectaris in perditionibus nostris. Isaia cap. 49. Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei, Nunquid obliuisci poterit mulier infantem suum, ut non misereatur vteri filii sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Hierem. 3. Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterū, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatoribus multis, tamen reuere ad me, dicit Dominus. Ezech. 16. 33. Tu ergo fili hominū, dic ad domū Israel, sic locuti estis dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nostabescim⁹: quomodo ergo viuet potuerimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit Domin⁹ Deus, nolo morte impiū, sed ut conuertatur impius à via sua, & viuat. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati sitis, & ego reficiā vos. 1. Pet. 3. Patienter agit Deus, propter vos, nolens aliquē perire, sed omnes ad pœnitentiam reueri.

§. 3. Tertio indicant eadem, omnes per Christum Iesum & Omnes per diaboli tyrannide vindicatos, celestique patri cumulate reconciliatos. Psalm. 106. Dicant, qui redempti sunt à Domino, benedicti gratia.

no.